

Arminianorum errores, aut parce attigimus, aut plane præterivimus, cum isti ex tractatione ipsa controversiarum noti sint. Qui verò desiderat secundum secula errores, legat Appendicem citatam. Quia verò sic breviter recensuimus librorum Symbolicorum epitomen, & simul Interimistici Libri Synopsis, cum consensu Patrum, & Catalogo Hæresium, non existimo inutile fore, si Symbola Oecumenica, & singularium Patrum apponantur, præmisso tamen Apostolico.

ΣΥΜΒΟΛΟΝ ΤΩΝ ΑΠΟΣΤΟΛΩΝ.

SYMBOLUM APOSTOLORUM.

Πιστεύω εἰς Θεὸν πατέρα, παντοκράτορα, ποιητὴν ἑρανοῦ καὶ γῆς. Καὶ εἰς Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ, Κύριον ἡμῶν, συλληφθέντα ἐκ πνεύματος ἁγίου, γεννηθέντα ἐκ Μαρίας τὴν παρθένου, παθόντα ὑπὸ Ποντίῳ Πιλάτῳ, σταυρωθέντα, θανόντα, καὶ ταφέντα, κατελθόντα εἰς ἄδου, τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀναστάντα ἐκ νεκρῶν, ἀνελθόντα εἰς ἑρανοῦς, καθεζόμενον ἐκ δεξιῶν Θεοῦ πατρὸς παντοκράτορος, ὃθεν μελλοῦ ἔρχεσθαι κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς.

Πιστεύω εἰς πνεῦμα ἅγιον. Πιστεύω τὴν ἁγίαν ἐκκλησίαν καθολικὴν, ἁγίων κοινωνίαν, ἄφεσιν, ἁμαρτιῶν, σαρκὸς ἀνάστασιν καὶ ζωὴν αἰώνιον, Ἀμήν.

Credo in Deum Patrem, omnipotentem, creatorem cœli & terræ. Et in Jesum Christum, filium ejus unigenitum, Dominum nostrum, qui conceptus est de Spiritu Sancto, natus ex Maria virgine: passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus & sepultus, descendit ad inferos, tertia die resurrexit à mortuis, ascendit in cœlum, sedet ad dextram Dei Patris omnipotentis, inde venturus ad judicandum vivos & mortuos.

Credo in Spiritum Sanctum: credo sanctam Ecclesiam Catholicam, Sanctorum communionem, remissionem peccatorum, carnis resurrectionem & vitam æternam, Amen.

H EN